

Joannes Campensis, Joanni Dantisco re-
gis Poloniae oratori apud caesarem.

112

Absoluitur iam nunc tandem, quod reliquum
fuerat psalmorum. Nos hinc Eobanus et ego
ad te proficiscemur perendie, cras enim non
poterimus, quod nulli adhuc ligari potuerint
libelli. Duodecim illa exemplaria, quae nigro
cerio obduci vis, nos nobiscum adferre non
poterimus, opus enim esset nos hic quinque
minimum, aut sex diebus subsistere, relin-
quimus tamen hic, ut postquam concinnata
fuerint, continuo mittantur. Eobanus mittit
ad te carmen, quod mihi legit nondum, sed veri-
tissimis et poeticis argumentis colligo futu-
rum, ut optimum tibi videatur. Adsidebam e-
nim, cum illud primum meditaretur, et scri-
bere inciperet, vidique manifesta Apollinis fa-
ventis signa cepit enim homo Pluteum cae-
dere, caput scalpere, unguis mordere, obvi-
rga-
re uxorem suam imprimis, deinde ordine
liberos omnes, et nisi ego numinis presenti-
am sentiens in tempore furori cedens sub-
duissem me, credo me ab eo quidem, qui
tua causa illi charissimus est, abstinuisset.
Meus ergo Eobanus tum non invaniebat,
aut versus faiciebat, sed utrumque. Vera esse
quae scribo vel illinc colligere tibi licebit, quod
in nuperrimis quas ad te scripsi literis, vidis-

Si duplicem picturam, sic enim metuere
tum capi, ut ligneus calamus, quo principi:
um literarum scriptum fuerat, mihi ē ma:
nibus exciderit, nec reperire postea potuerim.
Est homo tam ergo humanus, ut sua hu:
manitate me tantum non cecideret. Neque
alea, neque Venus, damnosa fuit nobis, sed
in vino cum pecunia naufragium fecimus,
sic tamen ut nos delectaverimus. Spero igno:
ras mihi, si unum atque alterum florenum
rogand^{2.} amplius, quam oportuisset. Rex meus
est rex, et ego primus hic factus cancella:
rius illius. Vale vir amplissime. Norimberge
die quarta Maij, anno Domini 1532.

Tuus modis omnibus
Joannes Campensis.

Eruditione et reliquis dotibus
clarissimo viro domino Johanni
ni Dantisco Culmensi episcopo
po, serenissimi Polonia regis
oratori, domino suo. Ratisbona
in aedibus domini decani